

11.10.1943

La S. C. dei Religiosi concede a mons. Leopoldo Eijo y Garay, Ordinario di Madrid-Alcalá, il « nulla osta » per l'erezione della « Società sacerdotale della Santa Croce » in società di vita comune clericale senza voti pubblici.

Romae, die 11 octobris 1943

Rev.me ac Exc.me Domine

Sacra Congregatio de Religiosis diligenter perpendit quae Exc. Tua expousit de erectione canonica Instituti Clericalis juris dioecesani Sodalium in communi viventium sine votis, cui titulus « Societas Sacerdotalis S. Crucis », cuiusque finis specialis est « institutio catholica et professionalis adscriptorum Universitatibus Studiorum ».

Pergratum itaque mihi est E. T. significare ex parte huius S. Congregationis nihil obstare quominus juxta Can. 673 eadem E. T. ad canonicam erectionem deveniat.

Hisce autem litteris conceditur facultas ad decem annos valitura, qua E. T. praevia sanatione omnium quae sanatione indigent et ab hac S. Congr. sanari solent, valeat dispensare super defectu incorporationis Societati vel aetatis ut Sodales qui exemplo praestiterunt observantiae designentur tum ad munus Praesidis tum ad alia munera majoris momenti in Societate.

Quoad incorporationem primorum Sodalium, Sodalis, servato praescripto quo dignitate sacerdotali auctus sit, qui ad munus Praesidis designatus est, fidelitatem perpetuam emittat coram Exc. T. vel Sacerdote delegato adhibita convenienti formula, Consiliarii aliique Officiales coram Praeside, ceteri autem qui per congruum tempus ad observantiam laudabiliter incubuerunt emittant vel oblationem temporariam vel fidelitatem perpetuam de judicio Exc. Tuae, auditio Rev.mo Praeside.

Bona temporaria in favorem Societatis forma juridice valida constituantur.
Curet Exc. Tua ut servatis praescriptionibus Codicis J. C. ac p^{rae} oculis
habito fine speciali Societatis aptae edantur Constitutiones.

Decreto erectionis Societatis edito ad normam Instruct. S. Congr. diei 30
nov. 1922, E. T. ad hanc S. C. exemplar transmittere non dedignetur una cum
textu Constitutionum...

Rev.mo ac Exc.mo
Leopoldo Eijo y Garay
Archiep. Matriten. in Hisp.